Lucas <de Padua>: Sermones super epistolas et evangelia

[Köln: Johann Koelhoff], 8. Febr. 1483 Seite 376



R

bona in vita tua. ⁊ lazarus similiter
mala. Utrunqꝫ veruꝫ est omnino ne
gari non potest. fer ergo sentenciam.
Nunc autem hic consolatur. tu vero
cruciaris. Jeronimus. Miserie deli
cijs. ⁊ delicie miserijs commutantur
Bernardus Expergiscimini ebrij ⁊
flete hic q̄liter cruciami causa tota
ꝙ in hoc seculo bona r̄cepimus. nūc
eñ nos ad hoc de paradiso volupta
tis animaduersio diuina eiecit vt hic
alterum sibi paradisum adinuentio
humana prepararet. Si talis est fi-
nis. si tale est iudicium vt extrema
gaudij luctus occupet. nunquid. pre
ferenda sunt in hoc seculo mala bois
Luce. vi. Ue vobis diuitib9 qui ha
betis hic consolationem vr̄aꝫ Amos
vi. ¶ Ue qui epulēti ests in syon qui
separati estis ad diem. hic diuisi a nu
mero penitenciuꝫ. illic a numero be
atorum. felices illi qui hic renuūt
consolari quorū tristicia conuertetur
in gaudiuꝫ. ⁊ aqua vertetur in vinū
vt non sit amplius neqꝫ clamor. neqꝫ
vllus dolor. sed gaudium ⁊ leticia sē
piterna

¶ Dominica. ij. ¶ Epistola prima
¶ Johannis. iij.

Karissimi Nolite mi
rari si odit vos mundus
Nos scimus qm̄ranslati su
mus de morte ad vitam. quoniaꝫ di
ligimus fratres Qui non diligit ma
net in morte. Omnis qui odit fratrē
suum homicida est. Et scitis. ꝙ om-
nis homicida non habet vitam eter
nam in se manentem. in hoc cogno-
uimus caritatem. qm̄ ille pro nobis
animam suam posuit Et nos debe-
mus animas pro fratribus ponere.
Qui hꝫ substanciaꝫ huius mundi.
⁊ viderit fratrem suum necessitatem
pacientem ⁊ clauserit viscera sua ab
eo. quomō caritas dei manet in eo
Filioli mei non diligam9 verbo ne
qꝫ lingua. sed opere ⁊ caritate.

¶ Euangelium. ¶ Luce. xiiij.

In illo tempore Di
xit ihesus discipulis suis pa
rabolam hanc. Homo qui-
dam fecit cenam magnam ⁊ vocauit
multos. Et misit seruum suum hora
cene dicere inuitatis vt venirent.
Quia parata sunt omnia. ⁊ ceperunt
simul omnes excusare. Primus dixit
ei. Uillam emi ⁊ necesse habeo exire
⁊ videre illam. Rogo te habe me ex
cusatum. Et alter dixit. Juga boum
emi quinqꝫ. ⁊ eo probare illa. Rogo
te habe me excusatum Et alius dixit
Uxorem duxi. ⁊ ideo non possuꝫ ve
nire. Et reuersus seruus nunciauit
hec domino suo. Tunc iratus pater
familias dixit seruo suo. Exi cito in
plateas ⁊ vicos ciuitatꝭ ac pauperes
⁊ d̄biles ⁊ cecos ⁊ claudos introduc
huc. Et ait seruus. Domine factum
est vt imperasti. ⁊ ad huc loc9 est Et
ait dominus seruo suo. Exi in vias
⁊ sepes ⁊ compelle intrare vt imple
atur domus mea. Dico aūt vobis ꝙ
nemo viroꝝ illorū qui vocati sunt
gustabit cenam meam.

¶ Sermo octuagesimus.
¶ De euangelio

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-182/0375
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG